ſtoloꝝ. Unde.j Corint.v.dicit apl's. Siquis
frater noīatur.aut fornicator.aut idolis ſer-
uiens.aut auarus ꝛc̃.cū huiuſmōi nec cibū
ſumere.ſ.licꝫ. Ubi dicit Aug.q' apl'us noīa-
tōnem appellat excōicatōeꝫ.ij.q.j. Multi. Ad
hoc etiā facit qđ hr̃.xj.q.iij.c. Sicut apoſto
li cū.c.ſe. ¶ Sexto ſepatur a quolibꝫ actu le
gitimo:vnde nec teſtificari pt̃ nec accuſare.
nec aduocare.nec iudicare.ꝛ iudicata p eum
cum notoriū eſſet non teneret̃.nec abſoluere
nec ligare.nec eligi pt̃ ad dignitatem ſeu p-
laturam.nec eligere. Vide declaratōꝫ hoꝝ in
iiij.pte ti.j.ī.c.de cauſa finali excōicatōnis:
ſolū ad pdicationem admitti poteſt.ſicut et
infidelis quilibꝫ vt ꝯuertatur ex doctrīa ad
verā pñiam ꝛ obedientiaꝫ. Et ī primitiua ec
cleſia ad oſtēdendam autoritateꝫ platoꝝ ipi⁹
ꝛ roborandā:ꝛ inducēdum timorem ꝛ reue-
rentiam eis:qui excoicabat̃ immediate cor-
poraliter vexabat̃ a diabolo.ſic̃ patet.j Co-
rinth.v.de Corintho quē ꝓpter inceſtū noto-
riū apl'us excōicauit dicens. Hūc tradidi ſa
thane vt ſpūs eius ſalu⁹ fiat ꝛc̃. ¶ Septimo
ſepat̃ poſt mortem a fideliū ſepulcro et offi-
cio.q꞉ non debet ſepeliri ī eccl'ia vel cimitēio
ſꝫ extra. ſicut aīmalia bruta ꝛ infideles: nec
debet deferri cū modo ꝯſueto fideliū ad eccle
ſiaꝫ.al'qui ꝯtrariū facerēt ſcienter. peccarēt
mortaliter:ꝛ incurrerēt clerici excōicatōeꝫ.
de quo tñ vide in.iiij.pte.ti.j.c. Nec poſſunt
fieri ꝓ eo orōnes ſolennes ſeu officium. niſi
pus abſolueret̃ poſt mortē a ſnīa.qđ fieri pt̃
qñ apparent ſigna ꝯtritōis añ morteꝫ ꝛ q' qſi
uit abſolutionem. Exemplū de illis ſctimoī-
alibꝫ qs btūs Benedict⁹ excōicauit ꝓpter lo-
quacitatem ſuam que poſt mortē eaꝝ viſe ſt̃
exire de ſepulchris ꝛ de eccleſia qñ celebraba
tur ꝛ dicebat̃ officiū.qs cum beat⁹ Benedi-
ctus recōciliaſſet nō ſūt viſe amplius exire.
Vide hoc in.ij.dialogoꝝ bt̃i Greg.pape.

¶ Capitulū ſeptimū de ypocriſi.

Ypocriſis filia eſt ina-
nis glorie. Et inter perſecutōnes
eccl'ie graues figuratas p quatu
or beſtias qs Daniel vidit de ma-
ri egreſſas.hec ē tercia. Prima eī beſtia ſilis
leene fuit pſecutio tyrānoꝝ infideliuꝫ q̇ cru-
deliter vt leena deſeuierūt ꝯtra eccleſiaꝫ per
cruciatus varios.ex qua multi pieřt corpe:
multi aīo fidem negantes. Scđa beſtia ſimil'
vrſo ſignauit pſecutionem hereticoꝝ qui va
rijs ꝛ falſis doctrinis fideles vexauerunt:et
multos infecer̃t erroribꝫ. Tercia ſimilis erat
pardo qui habꝫ coloreꝫ variū ꝛ ſignat pſecu-
tionem que nūc eſt ypocritaꝝ qui ſub vario
colore ſanctitatis multos decipiūt: et ad vi-
tia pducūt. Hanc ſequet̃ pſecutō antixpi ſi-
gnata p quartam beſtiaꝫ ferā diſſimilē alijs:
qui precipue cū ypocritis ꝯtra veros fideles
pugnabit. Ypocrita aūt vt dicit Iſido.in libro
ethimologiaꝝ greco vocabulo ī latino ſimu
lator interpꝛtat̃ qui dū vitijs mal⁹ ſit:bonuꝫ
ſe palam oſtēdit.ypo.n.falſuꝫ.ꝛ criſym iudi
cium interpretat̃.quia falſū iudicium indu-
cūt ī mentibꝫ hoīm.qui.ſ.ex illis bonis acti-
bus exterioribꝫ iudicāt eos bonos. Vñ idem
Iſido.dicit q' ypocrite nomem tractū ē a ſi-
militudine eoꝝ qui in ſpectaculis ꝯtecta fa-
cie incedunt diſtinguētes vultum vario co-
lore vt ad pſone quam ſimulant colorem ve
niant.modo ī ſpecie viri.modo ī ſpecie femi-
ne.vt etiam laude populum fallāt.ſicut cuꝫ
fingit ſe eſſe iouem vel herodem vel xp̄m vel
angelum et huiuſmōi. Vel ſm alios ab ypo
quod eſt ſup.ꝛ criſym qđ eſt auꝝ dicit̃ q̄i de-
ſup auꝝ.ypocrita enī deſup.i.aberē ī opibꝫ
oſtendit ſe eē auꝝ ſcitatis.ſꝫ intus ē lutū cu-
piditatis. Vñ Greg.de ypocritis loquit̃ tra-
ctans illud Iob.xlj. Sternet ſibi aurū q̄i lu-
tū.ſ.leuiathan de q̇ ibi loq̇t̃.q̇ ſignat vl' dia-
bolū vl' antixp̄m.q̇ auꝝ.i.viros ſcītate ful-
gētes ſm exteriora ſubſternit ſibi q̄i lutū.i.
vitijs coinq̇natū ſubijcit. Hi ḡ p aliq̇d auꝝ ꝛ
p aliq̇d lutū ſūt.ſicqꝫ auꝝ q̄ſi lutū ſternitur
qñ occultis pc̄tis exigentibꝫ p qđ lutū erant

822 etiaꝫ virtus que publice claruerat ꝑ qđ auꝝ
erāt maīfeſte diſſipaꝛ̄ .ð peni.diſ.ij.c.Multi.
Eſt ergo ẏpocriſis ſimulatio quedā nō oīs:
ſed illa qua ꝑs ſimulat ꝑſonam alterius.i.ꝑ
oꝑa de genere bonoꝝ oſtendit ſe exteri⁹ſan-
ctitatem hr̄e qua ꝑ pcc̄m ꝑuatur. Hoc autē
pcc̄m eſt.ſ.ſimulatio talis.Ratō hui⁹ē.qꝛ eſt
qđdaꝫ mēdaciū. Mendaciū autē ſꝑ eſt pcc̄m
ſm Aug.Pro cuius declaratōe dicit.b Tho.
ſcđa ſcđe.q.cxj.arti.j.ꝙ ad virtuteꝫ verita-
a tis ꝑtinet vt aliquis talem ſe exhibeat exte-
rius ꝑ ſigna exteriora q̄lis ē. Signa aū̄ exte
riora ſūt nō ſolū verba ſꝫ etiaꝫ facta. Sicut
ḡ veritati opponiꝛ̄ ꝙ aliq̄s ꝑ verba exterio-
ra aliud ſignificet q̄ hꝫ apud ſe in mente:qđ
ꝑtinet ad mendaciū.ita etiaꝫ veritati oppo-
nitur ꝙ aliq̄s ꝑ aliq̄ ſigna factoꝝ vel reꝝ ali
quid de ſe ſignificet ꝯtrariū ei⁹ qđ ī eo eſt qđ
ꝓpe diciꝛ̄ ſimulatō.Unde ꝓpe diciꝛ̄. ſimulatō
eſt qđdam mēdaciū ī ſignis exterioꝝ factoꝝ.
Non refert aū̄ vtꝝ quis verbo vel facto men-
tiaꝛ̄ q̄n.ſ.illud nō ſit mēdaciū ⁊ pcc̄m.Notā-
dū tn̄ diligēter ſm Tho.vbi ſuꝑ.ꝙ ſicut ali-
q̄s verbo mentiꝛ̄ q̄n ſignat illud qđ nō ē.nō
aūt q̄n tacet qđ eſt.quod aliq̄n licꝫ.Ita etiā
ſimulatō eſt q̄n quis ꝑ exteriora ſigna facto
rum vel reꝝ ſignat aliq̄d qđ nō eſt.nō aūt ſi
aliquis ꝑtermittat ſignare qđ eſt.Unde pt̄ a-
liquis pcc̄m ſuū occultare abſq̄ ſimulatiōe.
Et ſm hoc intelligēdū ē dictū hiero.ſ.Secū-
da tabula p⁹ naufragiū eſt pcc̄m abſcondere
.i.nō manifeſtare alijs ex̄ cōfeſſionem ne.ſ.
alijs inde ſcādalū generet.Propter qđ inue-
ctiue diciꝛ̄ cōt̄ manifeſtātes ſcelera ſua ẏſa.
iij.Pcc̄m ſuū q̄i ſodoma ꝑdicauerūt nec ab-
ſcōderūt. Sciendū etiā ſm.b Tho. vbi ſuꝑ
arti.ij.ꝙ habit⁹ ſcc̄itatis.puta religionis vł
clericat⁹ſignat ſtatū quo quis obligatur ad
oꝑa ꝑfectionis.et ideo cū quis habitū ſcc̄ita
tis aſſumit intēdens ſe trāſferre ad ſtatū ꝑfe
ctiōis ſi ꝑ infirmitateꝫ deficiat nō eſt ſimu-
lator vel ẏpocrita.nec teneꝛ̄ talis manifeſta
re pcc̄m ſuū ſcc̄itatis habitū deponēdo.Unde
Greg.xxxj.moral.dicit ꝙ ſūt nōnulli q̄ ſcc̄i-
tatis habitū tenēt.⁊ ꝑfectōis meritū exequi
nō valent.hos nūq̄ credēdū eſt ī ẏpocritarū
nūeꝝ currere.quia aliud eſt īfirmitate aliđ
malicia peccare. Si aū̄ ad hoc ſcc̄itatis habi
tū ſumeret vt ſe iuſtū oſtēderet. eſſꝫ ſimula-
tor et ẏpocrita.¶Notādū etiā ſm eūdeꝫ ſcđa
ſcđe.q.clxxxvj.arti.j.ꝙ religio noīat ſtatuꝫ
ꝑfectiōis ex intētōe finis.nō ex habitōe ipi⁹
ꝑfectōis.Unde nō oportꝫ ꝙ q̄cūq̄ eſt in reli-
gione ſit iaꝫ ꝑfectus.ſꝫ ꝙ ad ꝑfectōeꝫ tēdat.
Nō ḡ eſt talis ẏpocrita ſi nō habꝫ ꝑfectā ca
ritateꝫ.ſed ad hoc tendere teneꝛ̄ ⁊ opaꝫ dare
vt habeat ꝑfectam caritatē ꝑ exercitia reli-
gionis.ꝙ ſi ꝯtemnat tendē ad ꝑfectōeꝫ ꝑ ea
q̄ ſunt religiōis.tūc eſt vere ẏpocrita. et ſilr
ſi ingrediꝛ̄ religionem vel clericatū aſſumat
ꝓpter tp̄alitateꝫ principaliter vt ſub habitu
ſcc̄itatis mūdo fruaꝛ̄.¶Si aū̄ q̄raꝛ̄ vtꝝ ẏpo
criſis ſit mortale pcc̄m.Rn̄det.b Tho. ſecun
da ſcđe.q.cxj.arti.iiij.ꝙ ī ẏpocriſi ſūt duo.
ſcilicꝫ defectus ſcc̄itatis.⁊ ſimulatō ipi⁹. Si
ḡ ẏpocrita dicaꝛ̄ ille cuius intētio feraꝛ̄ ad b
vtrūq̄ vt.ſ.aliquis non curet ſcc̄itateꝫ hr̄e.
ſed ſolū ſanctū apparere.ſicut ꝯſueuit accipi
ī ſacꝛ̄ ſcriptura. ſic maīfeſtū eſt ꝙ mortale ē.
Ratō hui⁹eſt quia nullus totaliter ꝑuaꝛ̄ ſā-
ctitate niſi ꝓpter mortale.ſed talis priuaꝛ̄ ſā
ctitate totali.Si aūt dicaꝛ̄ ẏpocrita ille qui
intēdit ſimulare ſcc̄itatē a qua deficit ꝑ pec-
catū mortale.ita ꝙ ẏpocriſis ſolū dicaꝛ̄ ipa
ſimulatio ſāctitatis.tūc q̄uis talis ſit ī pec-
cato mortali exquo ꝑuaꝛ̄ ſcc̄itate.nō tn̄ ipſa
ſimulatio eſt ei ſꝑ in pcc̄m mortale:ſed q̄nq̄
veniale.Qđ diſcernendū eſt q̄n.ſ.ſit mortale
vel veniale ex fine intētō ī ipa ſimulatōe.Nā
ſi finis repugnet caritati dei vł ꝓximi.puta
vt diſſeminet errores vel damnificet ꝓximū
notabiliter.erit mortale. Si aū̄ finis nō re-
pugnat caritati dei vel ꝓximi.puta cū dele-
ctatur ipa fictōne.erit veniale.de quo ph̄us
dicit ꝙ eſt magis vanus q̄ mal⁹ī.iiij.ethico-
rū.Pe.de palu.etiaꝫ ī ſcriptis dicit.ꝙ ſiquiſ
ſimulat oꝑa ſcc̄itatis vt iniquitas ſua palli-
etur.⁊ ipe ſāctus reputetur delectatus ipſa
laude ſui ẏpocriſis eſt ſeꝑ peccatū.Si auteꝫ
hoc faciat vt deus honoreꝛ̄ ⁊ ꝓxim⁹ edificeꝛ̄
ſicut ſi religioſus oſtēdat corā laicis maiora
ſigna ꝑfectōis q̄ corā fratrib; ſuis vt illi edi
ficenꝛ̄.ſic nō eſt ẏpocriſis.vel ſi eſt large ſū-
pta.pcc̄m nō eſt.Un̄ de.b Domico legitur ꝙ
cū in itinē multū ſitibundus eſſꝫ.prius ſitim
extīguebat ad fontē ⁊ poſtea ī hoſpitio parū
bibebat de vino.⁊ hoc ne aſpitiētes ſi ibi vo-
luiſſet ſatiſſacē ſiti eum potatorē reputarēt:
ſed abſtinentē ⁊ ſobriū.⁊ ſic etiā fratres ſuoſ
docebat vt corā ꝓpl'is oſtenderēt exempla ſā-
ctitatis ad eoꝝ cōuerſionem.Predicatio xp̄i
multū fuit ꝯt̄ ẏpocritas. ⁊ nullū hoīm gen⁹
videꝛ̄ ita acriter et frequēter rep̄hendiſſe ſic
ẏpocritas.vt patet ī euāgelio.Primū vitiū
a quo eccleſia ī p̄cipio q̄dragelime docꝫ ab-
ſtinere eſt ẏpocriſ dicēs. Cū ieiunatis noli-
te fieri ſicut ẏpocrite triſtes Math.vj.Et rō
eſt.qꝛ ẏpocriſis ē impeditiua fruct⁹ pn̄ie ad
quā inducere intēdit eccleſia ī illo tp̄e.Fru
ctus eīn pn̄ie eſt remiſſio culpe ⁊ adeptō glo
rie ſm illud.Penitētiaꝫ agite:appropinqua-
bit eīn ī vos regnum celoꝝ.Sed hoc aufert
ẏpocriſis.Un̄ Job dicit.Nō apparebit ī con
ſpectu dn̄i oīs ẏpocrita.i.null⁹ ẏpocrita.Et
ẏſa.etiā ait.Cōtriti ſūt ī ſyon pctores. poſ-
ſedit tremor ẏpocritas.tremor.ſ. damnatō-
nis. Hoc vitiū ſūme deteſtati ſūt omēs ſcc̄i.
Unde ⁊ Aug.dicit.Nolo hr̄e ẏpocritas. ma-

lū eſt cadere a ꝓpoſito. peius ē ſimulare ꝓpo-
ſitū. ſi nō ſeruat foris ſcītatē; dimidius ce-
cidit. ſi intus habuit ſimulatōꝫ tot⁹ cecidit.
xij. q. j. Certe. Ubi dicit glo. ꝙ vult dicē ꝙ eſt
pei⁹ ꝑ ẏpocriſim peccare ꝙ̄ manifeſte. i. ma-
gis ꝑiculoſū ſibi ⁊ alijs. ſibi q2 corrigi non pt
cū ſit occultū pc̄m ei⁹. alijs q2 nō ita pt ca-
ueri. Ad qḋ facit lex q̄ dicit ꝙ plus eſt vene-
no occidē ꝙ̄ gladio. C. de malefi. l. Unica.

## Contra ẏpocritas lo- .§. j.

quēs dñs ꝑ ps. xlix. peccatori dixit de⁹. Qua-
re tu enarras iuſticias meas: ⁊ aſſumis teſta
mentū meū ꝑ os tuū. Tu vero odiſti diſcipli
nam. Ubi tria pñt notari de ẏpocrita.
Primo ſimulatio ſcītatis ī actōe. ibi. Qua-
re tu enarras iuſticias meas.
Scḋo oſtentatio ꝓbitatis ī locutione. ibi. et
aſſumis teſtamentum meū.
Tercio deteſtatio virtuoſitatis ī affectōe. ibi
tu vero odiſti diſciplinam ⁊c̄

## Uerum ad primum. .§. ij.

Narrat᷑ aliqḋ nō ſolū ſermone ſ; ⁊ ope. ſicut
celi enarrāt gloriā; dei nō loquēdo ſed opere
ſue claritatis ⁊ influxus ī inferiora. ⁊ celi ſpi
rituales opib; vtutū. ⁊ miraculoꝝ enarrant
gloriā; dei. Juſticia h̄ dr opus de genere bo-
noꝝ. vt elemoſina. ieiuniū;. oratio. ⁊ hmōi.
Unde mgr̄ veritatis docēs vitare ẏpocriſim
ait. Attendite ne iuſticiā vr̄a; faciatis corā
hoib;. ne videamini ab eis Math. v. Juſticie
dei dicūt᷑ ⁊ nr̄e opa bona. noſtre q2 a nob ſt.
dei q2 a deo inſpirātur. vel q2 ad deū dirigūt
ſi bñ fiāt. Peccator ꝙ̄ enarrat iuſticias dī cū
ẏpocrita facit opa de genere bonoꝝ vt appa
reat iuſt⁹. S; ſimulatores et callidi ꝓuocāt
irā dei ait Job. Et iō dr Ecc̄. j. Nō fueris ẏpo
crita ī ꝯſpectu hoim. S; large ſumēdo ẏpo-
criſim nota ꝙ triplex eſt ẏpocriſis.
Prima eſt demonis.
Secūda carnis.
Tercia hominis.

a Magnus ẏpocrita eſt diabolus. Nā vt ait
aplꝰs. Jpe ſe trāſfigurat ī āgelū lucis. Et hoc
dupliciter. ſ. viſibiliter ⁊ inuiſibiliter. Uiſibi
liter du; ſumit ſpēm ſāctitatis ī q̄ corpaliter
appareat vt ſcus eſtimat⁹ ꝑſuadeat malum.
Sicut appuit Sauli ī ſpecie Samuelis ſcī
ꝓphe qñ ꝯſuluit Phitoniſſā;. vt hr̄. j Reg. x-
xviij. vt ſic adoraret᷑ ab eo. ſm Aug. Sic eti
a; appuit anthoīo ī forma xp̄i. cuidā nouitō
in forma ỽginis Marie. Jn forma āgeli boni
multis ꝑſoīs. Jnuiſibiliter dū ſuggerit ma-
lum ſub ſpecie virtutis. Uñ Greg. ait. Sepe
vitia ſe ingerūt. ⁊ virtutes eſſe ſimulāt᷑. ſicut
tenacitas. ꝑſimonia. ꝓdigalitas. libēalitas.
furor. zelus. remiſſio. miſericordia. ⁊ indiſcre
tio. abſtinētia. Jn hui⁹ figurā legit᷑ hiere. xlj
ꝙ octoginta viri de Sychē ⁊ de Silo ⁊ d̄ Sā-
maria raſi barba ⁊ ſciſſis veſtibus ſqualētes
cū irēt ad templū dei munera et thus haben-
tes ī manu vt offerēt dño. Jſmahel q̄ erat de
ſemīe regio egreſſus ī occurſū eorū de Maſ-
phat incedēs ⁊ plorās ibat. qui dixit ad eos.
Uenite ad Godoliam quē;. ſ. pfecerat rex re-
liquijs iuda. Qui cū veniſſent ad mediū ciui
tatis interfecit eos. ſolū euaſerūt ex eis decē
q̄ dixerūt ſe hr̄e theſauros abſcōditos. Uiri
iſti ſignant virtuoſos q̄s etia; nūerus figu-
rat. Nā reſultat ex denario octies multipli-
cato. Nūer⁹ denari⁹ deſigt̄ decalogū veteis te-
ſtamēti. ⁊ octenari⁹ octo btitudines noui te-
ſtamenti. Utraq; ꝙ̄ ſeruātes barbā radūt. q2
de ꝓ̄ijs virib; fiduciā ſibi ſubtrahūt. Ueſtes
qui ſibimetipis ī exterioris decoris laceratōe
nō parcūt. oblaturi ī domo dñi thus et mu-
nera deferūt qui exhibere ī ſacrifitio dñi ora
tione; cū opib; pollicet᷑. S; tñ ſi ī ipa ſācta
deuotionis via caute circūſpicere neſciūt Jſ
mahel. i. diabolus de ſemīe regio. q2 a dō cre
atus occurrit ꝯpaſſionē ſimulans ⁊ ꝓfectū.
⁊ ad dñm terre q̄i ꝓmouere velle oſtēdēs dū
ſ. inſtigat ad aliqḋ bonum vt ꝑ hoc inducat
malum. puta ꝑlationē. ꝓdicatiōe;. audiētiā.
ꝯfeſſionem. viſitatō; parētū. ad ꝯuerſionem
eoꝝ. frequētationē mulieꝝ. ad ſāctos viros.
⁊ huiuſmōi. Sed in ipa via talis pie opatio
nis occidit dum ambitōe. ſupbia. terrena cu
piditate. negligentia. amore ſenſuali. a vita
gratie ſe iungit. ſolūq; penitētes euadūt ma-
nus qui figurāt᷑ ꝑ habētes theſauꝝ occultū.
in. j. moral᷑. circa fi. De iſto ẏpocrita dic̄ xp̄c
loquens de malo ſeruo. Partem eius cū ẏpo
critis ponet Luc. xij. i. cum demonib;. Humi
litas. i. timor et fiducia diuini adiutorij. et ti-
mor ſuipſius faciunt cognoſcere deceptōnes
huiuſmodi. Unde ps. Ab altitudine diei. i. di
aboli qui ſe trāſfigurat in angelū lucis time-
bo. ego vero ī te ſpabo. ſ. libēari ab eo. Ca- b
ro etia; eſt magna ẏpocrita. Et hoc duplici-
ter. Uno modo ſimulat ſe eſſe infirmā; ⁊ de-
bilē et nō poſſe facere q̄ ſuggerit ſpūs. ſ. ieiu-
nare. vigilare. ⁊ huiuſmōi Math. xxvj. Spi-
ritus quidē ꝓmptus eſt: caro aūt infirma. Et
aliqñ cōquerit᷑ ipa caro ſeu ſenſualitas ꝯtra
ſpiritū ꝙ nimis grauat eā. ⁊ ꝙ nō poterit ꝑſe-
ſeuerare. Jn huius figurā; legitur Thob. iij.
ꝙ cū Saraẏ rephenderet ancillam de ſuis in-
ſolentijs. Jlla murmurās ꝯtra eam ꝯtumeli-
am īferens ait. Nū me vis interficē ſicut in-
terfeciſti viros tuos: nūq̄ videamus ex te fi-
lios interfectrix viroꝝ tuoꝝ;. Saraẏ ſignat
ratōe;. ancilla ſenſualitatem. Cum aūt rō ar-
guit ſēſualitatē d̄ ſuis leuitatib; ⁊ repmit eā
remurmurat caro ſeu ſenſualitas ꝯq̄ritur ꝙ
nō ei ꝑmittitur ſequi appetit⁹ ſuos. Caro eīm
ꝯcupiſcit aduerſus ſpm̄. ⁊ ſpūs aduerſus car
nem. ad Gal᷑. v. Accuſat ipſam rationem vt

crudelē: et interfectricem ſeptē viroꝝ. Septē
viri ſūt quinqꝫ ſēſus. et appetitus ꝯcupiſcibil'
⁊ iraſcibilis. quos rō mortificat q̄ ad vitia ⁊
vanitates. Viri ſūt quia legitimi dati a deo.
vt eos licite ſeq̄tur: ⁊ obediat rationi vſqꝫ ad
vſū liberi arbitrij: ſed poſtea mortificat̄ cō⸗
cupiſcētijs: ⁊ ſi rō vult viua ꝑmanere. ⁊ cuꝫ
ancilla. i. caro querit aliq̄d inordinate facē.
rō cohercet ⁊ arguit eam: ⁊ de hoc ipa ꝯq̄rit̄
dicens ſe indiſcrete hr̄e et occidere velle cor⸗
pus: ⁊ ꝯminās q̄i optat vt filios bonoꝝ ope
rū nō generet. Sed rō lacrimis et oꝛōnib' ſe
debet iuuare vt illa fecit. Aliā ẏpocriſim ex⸗
ercet caro ꝑ illuſionē. Aliq̄n em̄ ſimulat ſe
q̄ſi mortuā vitijs ⁊ temptatōib' vt nō ſentiat
ſpūs temptatōes carnis: etiā cū ei offerunt̄
magne occaſiones ⁊ ꝑicula maloꝝ. vt ꝯuer⸗
ſādo cū mulierib' domeſtice. vel mulieres cū
viris nō patiantur ſtimulos aliq̄s vt ex hoc
ſpūs confiſus de ſua conſtantia ⁊ virtute de⸗
mum ruat ī aliquod ſcelus. Vn̄ ſilis ē vulpi
q̄ ē aīal fraudulētū ⁊ leſiuum. Vulpis em̄ q̄n
fameſcit cum ꝑ aliā viam ſibi ꝓuidere nō pt̄
ponit ſe extēſam ī agro quaſi ſit mortua. q̄d
aues q̄ circunſtant vidētes appropinquāt ſi⸗
bi ⁊ vidētes ipam nō moueri eſtimātes mor⸗
tuam volitant ſup eam: ⁊ tūc vulpis callida
ſurgit velociter ⁊ capit aues ⁊ comedit. Ita
caro ſimulat ſe mortificatam vitijs ⁊ paſſio
nibus: ſꝫ cū ex hac cōfidentia quis ſibi nō ca
uet: ſed opat̄ incaute. inſurgit caro et occi⸗
dit ſpūm. Hic in figurā huius Samſon for⸗
tiſſimus qui nimis cōfidit de Dalida mulie⸗
re dilecta: cū tn̄ exptus fuiſſet pluries inſidi
as eius. dormiēs in gremio ei' abſciſis capil⸗
lis eius traditus eſt ī manus inimicoꝝ ꝑ eā.
Samſon ſpūs robuſtus. Dalida ſenſualitas
quā naturaliter q̄s multū diligit: ⁊ tn̄ expit̄
ſepe inſidias eius ꝯt̄ ipm̄ q̄uis fingat ſe dili
gere ſpūm. Si aūt nimis ꝯfidit ita q̄ obdor⸗
miat torpore ⁊ negligētia. abſciſis affectib'
⁊ ꝓpoſitis deuotis mētis q̄ſi capillis capitis:
impceptibiliter tradit̄ ī manus demonū illu
dendus. ¶ Tercia eſt ẏpocriſis qua vnuſq̄ſqꝫ
querit decipere aliū ſub ſpecie ſanctitatis. ſi
cut diſcipuli phariſeorū cum herodianis q̄n
īterrogauerūt xp̄m ſub ſpecie inquirēdi ve⸗
ritatem. ſi liceret dari cenſum ceſari: p̄miſe⸗
runt magnam ꝯmendationem eius dicētes.
Magiſter ſcim' quia verax es ⁊c̄. vt. ſ. ſic ſim
pliciter aperiret eis cor ſuū. intēdentes ex re
ſponſione ſua eum calūniari vel cape. Unde
xp̄c dixit eis. Quid me temptatis ẏpocrite!
Math. xxij. Dupliciter etiā q̄s q̄rit decipe ꝑ
ẏpocriſim alios. Uno mō ī ſpūalib': vt cū q̄ſ
p̄tēdit magnā auſteritatē vite ⁊ mortificati⸗
onē ⁊ deteſtatōꝫ vitioꝝ vt vidētes deuotione
afficiāt̄ ad eū ⁊ ſic diſſeminare valeat erro⸗
res ⁊ hereſes. ſicut faciebant illi heretici qui

erāt tempore beati Dominici vt habetur in
legenda eius: ⁊ fraticelli de opiniōe. et multi
alij. Quidaꝫ alij faciūt ſe patres ſpūales ſim
plicium mulierculaꝝ: ⁊ ſub ſpecie obediētie
et mortificatōis: ⁊ cum exemplis ſc̄toꝝ qua⸗
ſi ſimilib' inducūt ad multas turpitudines.
Unde apl'us. In nouiſſimis dieb' recedent q̄⸗
dam a fide attendētes ſpiritib' erroris: ⁊ do⸗
ctrinis demonioꝝ loquētiū in ẏpocriſi men⸗
dacium. Et Math. vij. Attēdite a falſis ꝓphe
tis qui veniūt ad vos ī veſtimentis ouiū: in⸗
trinſecus autē ſunt lupi rapaces. Attendite
. i. diligentius ꝯſiderate: et cauete. Prophete
dicūt̄ p̄dicatores religioſi: ⁊ p̄lati falſi ſūt ſi
ẏpocrite ſunt. Veſtimenta ouiū que deferūt
ſūt opa d̄ genere bonoꝝ. Lupi rapaces int'
ſūt q̄tum ad intētionē malam decipiendi et
opa occulta mala. Unde ⁊ in figurā hui' mā
dauit dn̄s ī lege. Nō ſeres agꝝ diuerſo ſemi⸗
ne. Semē eſt verbū ex cui' emiſſiōe ſeu ꝓnū⸗
ciatōe ſeq̄t̄ ꝯceptus ī mente audientis. Ager
eſt mūdus. Semīat aūt agꝝ diuerſo ſemine
qui agit pia opa ⁊ dicit bona verba: ⁊ exinde
ꝓponit crimīa tanq̄ licita et falſa documēta
vt ſemen diuerſū a primo ſemīato. Alio mo
do intēdit decipe ꝓximū ꝑ ẏpocriſim in tē⸗
poralib' vt cū quis p̄tendit opa ſc̄titatis vt
adipiſcat̄ eccleſiaſticam dignitatem. vel be⸗
neficium. vl' ſi eſt laicus frequentat eccl'ias.
audit miſſas. elemoſinas multiplicat. palaꝫ
p̄dicatōnes nō dimittit. religioſis et famoſis
ꝑſonis familiaris efficitur. vt ſic ſimplices ⁊
vidue exiſtimātes bonos tales viros. ꝯfidāt
de ipis. ⁊ pecūias eis tradant ad negociādū.
q̄s eis auferūt dicētes ſe amiſiſſe. ⁊ īfortunia
paſſos. Hoc dn̄s ꝓhibet figurate in lege vete
ri dicens. Nō indueris veſte que lana linoqꝫ
cōtexta eſt. Veſtis que corpus circūſtat ē ꝯ⸗
uerſatō exterior noſtra in q̄ apparem' hoīb'.
Lana q̄ calida eſt ⁊ fructus ouis aīalis inno
centis. ſūt opa caritatis. i. de genere bonorū
que ꝓprie fiunt ab ouib' xp̄i. Linum q̄d frigi
dum eſt ⁊ fructus terre. ſūt opa iniquitatis
que frigidū reddūt animū: ⁊ oriūt̄ ex cupidi
tate. In veſte autēꝫ lana linoqꝫ ꝯtexta lana
apparet: ⁊ linū q̄ſi ſub ea latet. ⁊ ido ꝯgrue ſi⸗
gnat ꝯuerſationem ẏpocritaꝝ in q̄bus opa
deforis bona patent: ſed int' in corde opa p̄⸗
ua latēt ⁊ cupiditate plena. Cauenda ē ergo
ẏpocriſ ⁊ hoc q: mortē aīe īducit. Vn̄ Aug.
Malui habere cecos vel claudos. i. ſimplices
⁊ impfectos q̄ plangere mortuos. Quicunqꝫ
ẏpocrita eſt: mortu' ē. xij. q. j. Nolo.

¶ Secundum quod no // . §. iij. 6
tatur de ẏpocrita eſt oſtentatio bonitatis in
ſermone cū dicit̄. Aſſūmis teſtamentū meūꝫ
ꝑ os tuum. Teſtamentū dei eſt ſac̄ ſcriptura
q̄ teſtamentū dei d̄r quia ibi deus atteſtat̄. i.
maīfeſtat filijs ſuis quid agē debeāt vt here⸗

bitatē eius capiant. In hoc teſtamēto agit
de materia cōfeſſiōis. de materia diuine lau-
datōis. ⁊ d̄ materia p̄dicatōis. ⁊ toti⁹ xp̄iane
religiōis. Aſſumit ḡ ẏpocrita teſtamentū
dei p os ſuū ⁊ male dū ꝯfitet̄ ꝯficte nō mani-
feſtans oīa pc̄a q̄ recolit: ſed q̄buſdā exp̄ſſ
alia q̄ verecūdiora ſūt dimittit ne reputetur
ita malus ſicut extitit ſ3 bonus vel min⁹ ma
lus qd̄ ad ẏpocriſim ptinet. Vn̄ Aug⁹. Cau-
tus ſit penitēs ne verecūdia ductus diuidat
ꝯfeſſionem. hoc eſt eīm ad ẏpocriſim tēdere ⁊
ſp venia carere. de peni. diſ. j. q̄nimmo nouū
mortale cōmittit. Clerici q̄3 ⁊ religioſi cū di
cūt officiū diuinū. aſſumūt teſtamentū dei p
os ſuū. quia pſalmi ſūt de ip̄o teſtamento. ſ3
ſi volūtarie mente diſtrahūt. ẏpocriſis ē. q̄a
ex ip̄o actu oſtendūt ſe diuinis vacare cū tn̄
mentē habeāt ad inutilia ⁊ vana. Vn̄ domi⁹
Jh̄s Mat. xv. ẏpocrite. bn̄ p̄phetauit de vo-
bis ẏſaias dicens. Populus h̄ labijs me ho-
norat. cor aūt eoꝝ longe eſt a me. qd̄ vtiq3 ḡ
ue pc̄m eſt. ⁊ magna dei irreuerētia. ſicut ſi
q̄s aliquid petēs ab aliq̄ magno dn̄o cū ſecū
loq̄retur interrūpet ſermonem ⁊ cū famulo
ei⁹ cōfabularet̄. Orare aūt eſt cū dn̄o deo lo-
qui. Et ideo magna irreuerētia ē ad alia vo
lūtarie diuerti. Prelati et p̄dicatores aſſu-
munt teſtamentū dei p os ſuū. dum p̄dicāt̄es
ſcripturas dicūt et nō faciūt. ⁊ corrigūt ⁊ re
prehēdūt grauiter defectus alioꝝ cum tn̄ ip̄i
ſint ſil̄es vel peiores. quib̄ dicit xp̄c Luc. vj.
ẏpocrita eijce prius trabem de oculo tuo. i.
grauia pc̄a de oculo mentis. et tūc pſpicies
vt educas feſtucam de oculo fr̄is tui. i. apt⁹
eris ad corrigendum minora aliorum pc̄a.

a Septē maledictōes inuehit dn̄s ꝯtra ſcri-
bas ⁊ phariſeos ẏpocritas ſignificantes re-
ctores eccleſiaꝝ. p̄dicatores. ⁊ religioſos ẏpo
critas. vt h̄r Math. xxiij. Prima ē. Ve vo-
bis ſcribe ⁊ phariſei qui deuoratis domos vi
duaꝝ ſimulantes longā orōnē3. Hi ſūt q̄ p-
mittūt dicē ⁊ miſſas et pſalteria et pl̄es ora-
tiōes i miſſis. ⁊ nil faciūt. et adinueniūt ora
tiones b̄ti Cipriani. ⁊ breuia varia. ⁊ ſic dila
tāt philateria ſua ſm̄ Criſoſ. Sc̄da eſt. Ve
vobis ſcribe et phariſei ẏpocrite q̄ circuitis
mare ⁊ aridam: vt faciatis vnū proſelitū. ⁊
cū factus fuerit facitis eū filiū gehenne du-
plo q̄ꝫ vos. Proſelitus dicebat̄ q̄ ex gētilita-
te ꝯuertebat̄ ad iudaiſmū. ſicut Ruth moa-
bitis. ⁊ Achior. hoc cū magno ſtudio p̄cura-
bant illi phariſei. ⁊ locū nūc tenent religioſi
qui vtiq3 ſi nō ſeruāt regulam ſuam ſed te-
nent p̄prium Aug⁹. appellat ẏpocritas. xij. q.
j. Nolo. Solent hi querere alios trahere ad
religionē ſuā3 e ſeculo. ⁊ magnificāt fimbri-
as. ſuā religionem alijs p̄ponentes. ſ3 factū
religioſum monachū vel moniale3 ſuis mal̄
morib̄ et exemplis faciūt peiorem q̄ꝫ cū eſſ3 i

ſeculo. Tercia eſt. Ve vobis ſcribe ⁊ phari-
ſei ẏpocrite qui decimatis menta3 ⁊ anetum
⁊ omne olus. ⁊ relinquitis que grauiora ſūt
legis. ſ. iudiciū et caritatem dei. Hi ſunt qui
faciunt ſubtiles ꝯſcientias alijs. et imponūt
onera grauia ⁊ importabilia i hūeros hoīm.
digito autē ſuo nolūt ea tangere. Predicāt
ꝯtra pompas ⁊ gloriam tp̄alem. ⁊ ip̄i ſūt ta-
libus implicati. diligēter ſeruant aliqua ce-
remonialia caritate vacui. Quarta eſt. Ve
vob̄ ſcribe et phariſei qui mūdatis quod de-
foris ē calicis et paraſſidis ⁊ ītus pleni eſtis
immūdicia. Hi ſunt qui ciuiliter viuunt ſm̄
doctrinas hoīm cauētes ſibi in exteriori cō-
uerſatione neminem ledere verbo vel facto:
affabiles cūctis. intus tn̄ pleni ſūt ambitiōe
et ſuperbia. inuidia. ⁊ odijs. amantes p̄mas
cathedras i ſẏnagogis. ⁊ ſalutatōnes i foro.
⁊ vocari ab hoīb̄ rabbi. Quinta eſt. Ve vo
bis ſcribe ⁊ phariſei qui ſil̄es eſtis ſepulcris
dealbatis que apparent hominibus ſpecioſa. i-
tus autem ſūt plena ſpurcitijs. Hi ſunt qui
videntur auſteri. modeſti. caſti. ⁊ mortifica-
ti. ſ3 intus ſūt ⁊ i occulto pleni delitijs amā-
tes primos recubitus in cenis vbi ſūt melio-
res boli. ⁊ exinde penetrāt domos mulieꝝ. i.
monaſteria ⁊ captiuas ducunt mulierculas
oneratas peccatis q̄s deuotas appellāt pleni
ſpurcitia carnalis amoris. Sexta ē. Ve vo
bis ſcribe et phariſei ẏpocrite qui edificatis
ſepulchra p̄phetarū. ⁊ patres veſtri occidert̄
illos. Hi ſūt qui querūt honorare ſepulchra
ſanctorum ⁊ eccleſias eoꝝ. ⁊ ornare ſculptu
ris. tapetis. argento et auro. ⁊ lumīarib⁹ q̄ſi
affectum et deuotione3 oſtendētes ad eos cū
nullam realiter habeant. ſed ſi viuerent pſe-
querent̄ eos: nec audirēt nec imitarent̄ exē-
pla eorum. Septima eſt. Ve vobis ſcribe ⁊
phariſei ẏpocrite qui clauditis regnu3 ante
homines. Vos enim nō introitis nec intro-
euntes ſinitis intrare. Ve autem ſm̄ Hiero.
importat damnationē eterna3. Scribe erāt
doctores et declaratores legis. Phariſei que-
da3 pars populi religioſius ceteris viuētes.
Hi ergo non intrant in regnum p̄pter vitia
ſua. nec ſinunt intrare cupiētes propter ma
la exempla quibus alios corrumpunt. Vnde
dicit Auguſtin⁹. Nemo in eccleſia amplius
nocet q̄ꝫ qui peruerſe viuens nomen vel ordi
nem ſanctitatis retinet. In exemplu3 quippe
culpa vehementer extenditur quando pro re
uerentia ordinis peccator honoratur diſtin.
lxxxiij. Nemo. Prohibuit dominus in vete
ri lege eſum ſtrutōis in figuram. ſ. q̄ꝫ null⁹ ſi-
bi debet incorporare ⁊ cōformare mores ẏpo
critarum. ſed cauere. quod expreſſe domin⁹
declarans inquit. Attendite a fermento pha-
riſeorum. quod eſt ẏpocriſis. Qꝫ autē ſtrutō
ſignificet ẏpocriſim ⁊ quare oſtēdit Greg⁹. 6

li.xxxj.moral᷑.tractās illud Job.xxxix.Pe-
na ſtrutōnis ſilĭis eſt pennis herodij ⁊ accipi
tris qui derelinquit ī terra oua ſua.Tu for-
te calefacies ea ī pulue᷑. obliuiſcit᷑ ꝙ pes cō-
culcet ea.aut beſtia agri ꝯterat:durat᷑ ad fi
lios quaſi nō ſint ſui.Uerba ſūt dñi loquētis
ad Job.q̄ exponēs Grego.ait.Accipiter ⁊ he
rodius reliq̄s aues volat⁹ſui velocitate trā-
ſcendit.In catholicon dꝛ ꝙ herodius ē auiſ
rapaciſſima qui aquilā vincit ⁊ rapit.maioꝛ
dꝛ phalco.Strutio aūt pēne eoꝝ ſilĭtudinē
habet:ſed volatus eoꝝ celeritatem nō habꝫ.
A terra em̄ eleuari nō valet:⁊ alas quaſi ad
volatū ſpecieten⁹ erigit:ſꝫ tñ nūq̄ a terra ſe
volando ſuſpendit.Ita ſūt oēs ẏpocrite qui
dū bonoꝝ vitam ſimulant.imitatōēꝫ ſc̄te vi
ſionis hn̄t:ſed veritatē ſc̄te actōis nō habēt.
Alas quidē ꝑ figurā ſc̄titatis extēdūt:ſꝫ cu-
rarū ſeculariū pondē ḡuati nullaten⁹ a ter-
ra ſubleuāt᷑.Sicut aū᷑ ſtrucio ſignat ẏpocri
tas.ita accipiter ⁊ herodius electos.Et acci-
piter ⁊ herodius ꝑua ſūt coꝛpa:ſed pēnis dē-
ſioꝛib⁹ fulta.⁊ ideo cū velocitate trāſuolant.
qꝛ paꝝ ē qđ grauat:multū qđ leuat.Hic ele-
cti ī hac vita ⁊ ſi abſq; ḡuamīe aliquāto cul-
pe eſſe non poſſunt.tñ paꝝ eſt qđ depꝛimit:⁊
multa virtus bone actōis q̄ eos ī alta ſuſtol
lit.Strutio vero raris pennis induit᷑ et in-
mani coꝛpe grauatur vt ſi volare appetat ipa
paucietas pēnaꝛū molē tāti coꝛpis ī aere nō
ſuſpendit.Sic ẏpocrita ſi q̄ facit q̄ leuēt.ſ.
bona.pauca tñ ſūt:et mala ꝑpetrat multa q̄
grauēt.Itēꝫ etſi penne ſtrucionis ad pēnas
herodij ⁊ accipitris ſilĭtudinē coloꝛis hn̄t.ſi-
militudinem virtutis nō hn̄t:nam illoꝝ pē-
ne ꝯcluſe ⁊ firmioꝛes ſūt.et volatu aerem ꝑ-
mere virtute ſue ſoliditatis pn̄t.Sed strutō-
nis pēne diſſolute eo volatū aſſumē neq̄unt
q̄ ab ipo quē ꝑmē debuerāt aere trāſcēdunt᷑.
Sic electoꝝ virtutes vt pēne ſolide volāt vt
ventū hūani fauoꝛis ꝑmant.Sꝫ ẏpocritaꝝ
actio q̄libet recta videat᷑ volare nō ſufficit.
qꝛ fluxe virtutis pennaꝫ laudis hūane aura
ꝑtrāſijt.Et cū opa abeꝛt᷑ ẏpocritaꝝ ⁊ bono
rum ſint ſilĭa qūo diſcernāt᷑ xp̄c oſtendit di
cens.A fructib⁹ eorū cognoſcetis eos.i.fal-
ſos ꝓphetas.ſ.ẏpocritas.Uñ ſequit᷑ in auto
ritate Job.xxxix.Que ſtrutō derelinq̄t oua
ſua ī terra.Oua ſtrutionū ſūt filij ẏpocrita-
rū q̄s.ſ.verbis ⁊ exemplis exterioꝝ bonorū
actuūꝫ deo gignunt.Oua quippe inſenſibilia
in ſemetipſis ſūt:ſed calefacta ī viuis volati
lib⁹ ꝯuertūt᷑.ita ꝑuuli auditoꝛes ac filij cer-
tum eſt ꝙ frigidi et inſenſibiles remanēt niſi
doctoris ſui ſolicita exhoꝛtatōe calefiāt.ẏpo
crite ḡ quia q̄uis ꝑuerſa ſemp operēt᷑.ſ.mē
te.loqui tñ recta nō deſinūt.bene aūt loquē-
do in fide et ꝯuerſatiōe filios pariūt.Sed qꝛ
eos bene viuēdo nutrire nō poſſunt ideo di-
cit᷑ de eis.Relinquit in terra oua ſua.Oua ī
terra deſerere eſt natos ꝑ ꝯuerſationem fili-
os nequāq̄ a terrenis actib⁹ īterpoſito exhoꝛ
tatōnis nido ſuſpendere.Oua in terra dereli-
quiſſe eſt nullū celeſtis vite filijs exemplū ꝑ-
bere.Sed quia derelictos ẏpocritarū filios
ſuꝑna cura nō deſerit:ſed intima electōne ꝑ-
ſcitos largitate gratie reſpectu calefacit.Jō
ſubdit᷑ ī Job.Tu foꝛſitan ī puluerem calefa-
cies ea.ſubaudi vt ego deus calefacio illa.qꝛ
ſ.ꝑuuloꝝ aīas ⁊ impfectoꝝ ī medio peccātiū
poſitas q̄ſi ī puluere amoꝛis mei igne ſuccē-
do.Et cū de ſe dñs dicat ꝙ oua ī puluere ca-
lefacit derelicta.ex hoc etiā indicat apte.qꝛ
ipe opat᷑ intrinſecus ꝑ verba doctoris qui et
ſine verbis nulli⁹ homīs calefacit qđ voluēit
in frigoꝛe pulueris vt ex hoc hūiliet᷑ quiſq̄s
doctoꝛ ī docendo:⁊ nō ſibi aſcribat ꝯuerſionē
auditoꝝ qđ ſuū nō ē.Subdit᷑ adhuc de ſtru-
tione.Obliuiſcit᷑ ꝙ pes conculcet.aut beſtia
agri ꝯterat ea.Pes ſignat trāſitū opationiſ
hūane.qui ꝯculcat oua cū opatio eſt ꝑuerſa
trahens ſuo exemplo ad malū.Beſtia ī agro
devoꝛans ⁊ conterēs oua eſt diabolus ī agro
mundi querens queꝫ deuoꝛet.Obliuiſcitur ḡ
ẏpocrita oua ſua.i.filios non curans ꝙ pes
homīs.i.actio mala alicuius ſuo exēplo.vel
beſtia agri.i.diabolus ſua praua ſuggeſtiōe
eos ſpūaliter occidat quoſ ſpūaliter genuit.
Sed veraces magiſtri ſuꝑ diſcipulos habent
viſcera timoris ex virtute caritatis.Uñ non
obliuiſcūt᷑ eoꝝ:ſꝫ verbis ⁊ exemplis cautos
reddunt a malis homib⁹ ⁊ demonū tempta-
tionib⁹.Unde apoſtolus.Denūciam⁹ vobis ī
noīe dñi noſtri Jhu xp̄i vt ſubtrahatis vos
ab omī fratre inoꝛdinate ambulante et non
ſ᷑m traditionem noſtrā.Et alubi.Timeo ne
ſicut ſerpens ſeduxit Euam aſtutia ſua.ita
coꝛrumpant᷑ ſenſus veſtri ⁊c̄.ẏpocrite autē
quaſi obduratis coꝛdibus viuūt.nec ſibipīs
timent vel diligunt:nec ipos filios quos ge-
nerant vlla pietate debiti amoris agnoſcūt.
Unde ſubditur.Duratur ad filios quaſi nō
ſint ſui.Quem em̄ gratia caritatis non īfū-
dit ꝓximum ſuum.etiam ſi ipe hunc genuit
deo extraneū reſpicit.Cuius em̄ mens.ſ.ẏpo
crite ſemper exteriora appetit.intus inſenſi-
bilis fit.⁊ nulla compaſſione caritatis erga
pꝛoximum molleſcit.Oſtēdit demum Greg⁹.
per multas autoꝛitates quomodo apoſtolus
Paulus erat ſolicitus et compatiēs filijs ſu-
is.Aſſumit igitur ẏpocrita teſtamentum dei
id eſt ſcripturam per os ſuum docendo.⁊ pre-
dicando.ſed male quia qui predicat non fu-
randum furatur in occulto ſaltim gloꝛiā dei.
qui pꝛedicat non mechandum:mechat᷑ a deo
recedens.et ideo ve ſibi.

**Hoc autem tercio** .§.iiij.
oſtendiť.ſ.deteſtatio bonitatis.quia tu odi-
ſti diſciplinā.i.verā ɔpoſitiōȝ moꝝ.⁊ cober-
tionem vitioꝝ q̄ ptinet ad diſcipulatuȝ xp̄i.
ad Heb.vlt. In diſciplina pſeuerate.Oſtēdit
exteri⁹ ẏpocrita hr̄e diſciplinā:ſed fictā hr̄.
Et aūt diciť Sapi.j.Spiritusſanctus diſci-
pline effugiet fictum. Q̄ ſit peſſimū iſtud vi
tium oſtēdit ſanct⁹ Seuerinus ī quodā ſer-
mone ſic dicēs.ẏpocriſis ſubtile malū.ſecre-
tum virus.venenū latēs.virtutū fuc⁹.tinea
ſctītatis.Aduerſa oīa nituntur virib⁹ ſuis
armis ſuis pugnāt.impugnāt palā.vñ ⁊ ca-
uēť tamfacile q̄ videť.ẏpocriſis ſecura ſimu
lans fallit.pſpera curioſa mentiť.et crudeli
arte virtutes trūcat mucrone ɔtutū.ieiuniū
ieiunio pimit.oꝛonēȝ oꝛone vacuat.miſeri-
coꝛdiam miſeratōe pſternit.ẏpocriſ cogna-
ta febris frigido poculo ꝑpinat ardoꝛē.quod
coꝛpib⁹ ē ẏdropiſ.hoc ẏpocriſis aīab⁹.ẏdro-
picus bibendo ſitit.ẏpocriſis inebriat ſitim.
Nolite ait xp̄c cū ieiunatis fieri ſicť ẏpocrite
triſtes.extermiant eñ facies ſuas.ẏpocrita
licet tibi ſit facies iculta.neglecta cutis.tri-
ſtis vultus.extermīatus aſpect⁹.ħ ab hoīb⁹
inueiſti laudēȝ:ſȝ corā deo fructū ieiunij pdi
diſti.ẏpocrita abſtinētie intraſti fluctus.cō
tinentie ɔſcēdiſti vndas. enataſti ieiunij pe-
lagus.⁊ ī ipō poꝛtu ieiunij naufragaſti.Fra
tres fugiendū vir⁹.peſtilentia cauenda:q̄ ď
remedijs creat moꝛbos.ɔficit de medicia lā-
guoꝛem.ſctītatē vertit ī crimē.placatōem fa
cit reatuȝ.generat de ꝑpitiatione diſcrimen.
ẏpocriſim qui fugerit:vicit.q̄ incurrerit nō
euadit.Sit noſtꝝ ſimplicitatis ieiunium de
puritate puꝝ.hoīb⁹ occultum.diabolo igno
tum.donatū theſauꝝ q̄ non abſcondit:pdit.
virtutes pdite nō manebūt. hec ille.Ex hoc
oſtendiť magnitudo peccati ⁊ nocumentuȝ.
quia peſſimus hoīm ille añxp̄c pmaxime cuȝ
ẏpocriſi decipiet.Unde Greg.xxv.moral'.tra
ctās illō Job.xxxiiij.Qui regnare facit ẏpo
critam ꝑpter peccata populi.dicit q̄ pot hic
oīm ẏpocritaꝝ caput añxp̄c deſignari.Se-
ductoꝛ quippe ille tūc ſctītatēȝ ſimulat.vt ad
iniquitatem ptrahat.Membra aūt eius ſūt:
qui p fictam ſanctitatis ſpēm appetūt videri
qđ nō ſūt.Ille quidēȝ pncipaliter ẏpocriſim
ſumit.quia cū ſit damnatus homo:deum ſe
eſſe mētiť.Sȝ ex eius coꝛpe nūc pdeūt q̄ ini-
quitates ſuas ſub tegimine ſacri honoꝛis ab-
ſcōdunt.Sed q̄ breuiter deficiat gloꝛia quā
querit ẏpocrita.⁊ q̄uo virtutib⁹ pueť:⁊ tā-
dem eternaliter puniať pulchre oſtēdit Job
dicēs.xx.ca.Gaudiū ẏpocrite ad inſtar pun
cti.Glo.q̄ ē Greg.ex moral'.quia.ſ.leticia et
delectatō eius ī laude hoīm trāſit.⁊ pena ſe-
quens pmanet.Ad inſtar puncti dicit.qꝛ ſicť
ſtilus ī pūcto duȝ poniť:leuať.ſic ẏpocrita
pn̄tis vite laudem dū tangit:amittit.Seqť.
ſi aſcenderit vſq̄ ī celum ſupbia eius.i.ſi ce
leſtem vitā ſe agere ſimulet.⁊ caput eius nu
bes tetigerit.i.ſi intellectū ſuū ſilēȝ veris p-
dicatoꝛib⁹ oſtenderit.quaſi ſterquiliniū in fi
ne perdeť.i.mens eius ī fine p vitioꝝ ſuoꝛū
fetoꝛe damnabiť.Et qui eū viderāt:dicēt.vbi
eſt:quia.ſ.ipō extincto neq̄ ħ vbi elatus fue
rat:appazet.neq̄ ī eternitatis requie velut ſō
nium euolans nō inueniet.qꝛ.ſ.quedā viſio
fantaſmatis eſt q̄ hoc oſtendit ī imagine qđ
nō habet ī veritate.q̄ ſomnio cōpatur.ab eo
oīs laus ⁊ gloꝛia dū tenetur:amittiť.Et trā
ſit ſicut viſio nocturna.quia.ſ.quo ſe diuitē
meritis hūanis eſtimatōib⁹ videt de oſtenſiōe
eſt fātaſmatis nō de ſoliditate virtutis.Ocu
lus qui eū viderat nō videbit:quia ī moꝛte a-
matoꝛib⁹ ſuis abſcondiť qui eū cōſueuerant
admirādo ɔſpicere.Nec vltra intuebiť eū lo
cus eius.quia.ſ.lingue adulātiū ī quib⁹ tāq̄
ī loco quieſcebat:hūc fauoꝛib⁹ ad iudicium
nō ſequūť.Filij ei⁹ atterentur egeſtate.quia
q̄ in ẏpocriſim ex ei⁹ imitatōe naſcūtur dum
veritatis ſoliditatē nō tenent.in coꝛdis ege-
ſtate deficiunt.Et manus eius reddēt ei dolo
rem.qꝛ damnatōȝ iuſtā ex iniqua opatōe re-
cipient.Interim ať fit quod ſequiť Oſſa ei⁹
implebūť vitijs adoleſcentie eius.qꝛ videlicȝ
dure ī eo prauitatū ɔſuetudīes a vitio ſum-
pte ſūt peſſime inchoatōis.Et cū eo ī pulue
re doꝛmient.i.vſq̄ ad moꝛtēȝ nō ceſſabit ab
eis.Et paulopoſt.Panis eius vertetur in fel
aſpidum intrinſecus.quia.ſ.ď pane ſācti elo
quij cui ſtudet.non vt ex eo viuat:ſed vt do-
ctus appareat.dum male querit praue intel-
ligit in hereſes labendo fit vt ſicut veneno aſ
pidum moꝛiatur.Diuitias quas deuoꝛauit:
euomet.quia.ſ.diuitias ſapientie.i.doctri-
nas ſacre legis quas legendo deuoꝛauit:ob-
liuiſcens euomet.Et de ventre eius extrahet
dominus eas.quia iuſto iudicio de memoꝛia
eius euellet.vel ad literam tales etiaȝ diui-
tias rerum cōgregant quas omēs dimittūt.
Caput aſpidum ſurget:⁊ occidet euȝ lingua
vipere.Aſpis paruus eſt ſerpēs.Uipera pli-
xioꝛis eſt coꝛpoꝛis.⁊ ſic naſcitur vt violēter
exeat.Unde vipera quaſi vi pariens.Caput
ergo aſpidis ſurgit dum initium ſuggeſtiōiſ
occulte libenter ſuſcipit.Et occidit eum lin-
gua vipere.quia violentis poſtmodum tem-
ptationib⁹ deuictus tradiť.Non videat riuu
los fluminis.Riuuli fluminis ſunt dona ſpi
rituſſancti.fides.ſpes.caritas.que ẏpocrita
non cōſiderat.quia ſolis viſibilibus intēdit.
Toꝛrentis.mellis.et butiri.Mel deſuper id
eſt ex aere cadens dulcedinem ſignat diuini-
tatis.Butirū qđ ex carne eſt.miſteriū ē īcaꝛ
nationis xp̄i.que miſteria ẏpocrita non gu-
ſtat.Fruitōȝ etiam diuinitatis ⁊ hūanitatis

xp̄i in p̄ria pt̄ ſignificari: q̄ ille priuat̄. Uuet
que fecit om̄ia nec tn̄ ꝯſumetur. i. ꝯſoluet in
tormentis q̄ illicita ꝯſeruauit deſidēia. Et vt
ſine fine cruciet̄. viuere ſine fine cōpellitur.
hec om̄ia in glo. Deficit ḡ gloria eius. p̄uat̄
gloria dei. ⁊ ī pena locat̄ inferni. Exemplum
poīt Greg⁹. ī. iiij. dialogoꝝ de quodaꝫ here-
mita q̄ ab hoīb⁹ reputabat̄ ſāctus ꝓpter ma-
gnam abſtinētiā quā p̄tēdebat facere: ⁊ ma-
gnam modeſtiaꝫ exteriorem. Demū veniens
ad extrema cū circūſtarent plurimi q̄ ad eū
cauſa viſitatōis acceſſerāt ſperātes aliq̄d do-
cumentū h̄re. ⁊ forte ſignū videre. deo opan-
te coactus ē exp̄mere ſuam ſimulatōeꝫ ⁊ dā-
natōem dicens. Cū ego videbar ieiunare oc-
culte comedebam. ⁊ ſi quid boni agebam vt
ſāct⁹ reputarer: laborabā. ꝓpter q̄d ecce tra-
ditus ſum draconi ad deuorādū ꝓpter ẏpo-
criſim meam. Jaꝫ pedes meos ⁊ corpus ī os
ſuū aſſumpſit. ⁊ reſiduuꝫ ad ſe trahit. Quaſi
ſimile habetur ī vita patꝝ de alio q̄ in tanta
opiniōis celebritate erat apud īcolas vt eſti
marent homīes ſe meritis illius et p̄cibus in
terra ſubſiſtere et ex morte ei⁹ om̄i bono ca-
rere: ſed quia ẏpocrita erat. viſus eſt in mor
te a quodā ſcto q̄ demones aduenirēt ꝓ aīa
eius: ⁊ dictum fuit vni eoꝝ. Educ illaꝫ miſe-
ram aīaꝫ de corpore ꝑ violentiaꝫ vt qui nūq̄
paſſus eſt me quiete habitare ī ea ꝓpter ẏpo
criſim ſuaꝫ. ſic cū violentia ⁊ inquietudine
ducat̄ ad inferna. Et ſubito vn⁹ demonū im-
miſit vncinos ferreos ꝑ os eius: ⁊ cū maxīa
violētia illā de corpore extraxit quaꝫ multi-
tudo demonū ſequebat̄ verberando ⁊ cū ma-
gno impetu deducendo ad inferos.

¶ Capitulū octauū de Diſcordia ꝑ modū p̄-
dicatōnis. ⁊ ibi de ꝑtialitatib⁹ ciuitatum.

a Diſcordia eſt ſexta fi-
lia inanis glorie ſm̄ Greg. ſub q̄
cōtinet̄ ſeditio ſm̄ Tho. vt ſpeci-
es ſub genere. ⁊ ideo nō nūerat̄ ī-
ter filias inanis glorie. q̄ꝛ ſub diſcordia com-
p̄hendit̄. Unde in iſto caplo aget̄ de vtraq̄ꝫ.
Et de diſcordia dicit Ciprian⁹ martir. Neqꝫ
ad Caẏm reſpexit dn̄s: neqꝫ ad mūera ei⁹. i.
non acceptauit. Quō eni᷑ deuꝫ pacatū habere
poterat qui cum fratre nō paceꝫ: ſed zeli di-
ſcordiam habebat. diſ. xc. Neqꝫ. Dicit̄ aūt di
ſcordia quaſi diuerſū coꝛ ab altero. Impor-
tat ſm̄ Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. xxxvij. arti. ij. quā-
dam diuerſitatē ſeu diſgregationē volunta-
tum. inq̄tū. ſ. voluntas vni⁹ ſtat ī vno. ⁊ vo-
luntas alterius ſtat ī alio. Q̄ꝛ aūt voluntas
alicuius ī ꝓprio ſiſtat: ꝓueīt ex hoc q̄ q̄s p̄-
fert que ſua ſunt hijs que ſunt alioꝝ. Et hoc
cū fit inordiate ꝑtinet ad ſupbiā ⁊ inanē glo
riam. Et ideo ponitur diſcordia filia inanis
glorie. Propterea aūt eſt diſcordia peccatuꝫ
ſm̄ Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. xxxvij. arti. j. quia q̄uiſ
volūtas vnius homīs in ſe cōſiderata nō ſit
regula volūtatis alterius quā oporteat ſeq̄.
tamen voluntas homīs inq̄tū inheret volū-
tati diuine fit regulata ſm̄ primā regulam
ſ. dei. Et ideo diſcordare a tali voluntate ꝓ-
ximi eſt peccatuꝫ quia ꝑ hoc diſcordat̄ a re-
gula diuina. Sꝫ ſi voluntas hoīs ſit deo cō-
traria: eſt quedā ꝑuerſa regula a qua diſcor
dare bonum eſt. Unde ſicut facere diſcordiaꝫ
ꝑ quam tollit̄ bona ꝯcordia quā caritas fa-
cit ē graue peccatū. Propter quod d̄r ꝓuer.
vj. Sex ſūt que odit deus: ⁊ ſeptimū deteſta-
tur aīa eius. Et ponit hoc ſeptimū eſſe q̄ ſe-
minat inter fratres diſcordias. q̄d eſt officiū
diaboli qui ſeminat zizania in medio tritici
Math. xiij. Sic cauſare diſcordiaꝫ ꝑ quā tol-
litur mala ꝯcordia: de q̄ dicit Ezech. Maledi
cta eoꝝ ꝯcordia. ſ. in volendo malum: lauda
bile eſt. Quod intelligens Paulus poſuit di-
ſcordiam inter phariſeos ⁊ ſaduceos qui cō-
cordabant in iniuſta perſecutione et nocu-
mēto ſui. Dicit̄ eni᷑ Act. xxiij. Sciens Pau-
lus q̄ vna ps eſſꝫ ſaduceoꝝ alia phariſeorū.
exclamauit in concilio dicens. Uiri fratres
ego phariſeus ſū: et filius phariſeoꝝ. de ſpe
⁊ reſurrectōne ego iudicor. Et cū hoc dixiſſꝫ
facta eſt diſſēſio īter phariſeos et ſaduceos.
Hoc etiā fecit xp̄c dicēs. Nō veni mittē pacē
ſꝫ gladiū Mat̄. x. ſ. ſepando ꝯcordiaꝫ ī malo.
Eſt at̄ diſcordia aliq̄n mortale. aliq̄n nul-
lū pcc̄m. aliq̄n veniale. Pro c⁹ declaratōe di-
cit. b Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. xxxvij. art. j. q̄ diſcor
dia oppoīt̄ ꝯcordie q̄ cauſat̄ ex caritate. Ca-
ritas at̄ multoꝝ corda ꝯiūgit ī aliq̄d vnū q̄d
ē p̄ncipaliter bonū diuinū. ſcd̄ario bonū ꝓ-
ximi. Diſcordia igr̄ ea rōne ē pcc̄m inq̄tū ꝯ-
riat̄ huic ꝯcordie. Pōt igr̄ diſcordia ꝯtingē
tripl'r. ¶ Prio ꝑ ſe et ex intētiōe q̄n. ſ. q̄s diſ-
ſētit ab alijs in eo q̄d ab eis q̄rit̄ vel tractat̄ b
q̄d ſcit ip̄e ꝑtinē ad honoreꝫ dei. ⁊ bonū ꝓxi-
mi duct⁹ odio. amore. timore. vel huiuſmōi.
⁊ hoc ē mortale ex ſuo genere ꝓpter ꝯrietatē
ad caritatē. licꝫ p̄mi mot⁹ hmōi diſcordie ꝓ-
pter impfectōꝫ act⁹ ſint veīalia. Un̄ apl's ad
Gal'. v. inter opa carnis ponit diſſenſiōes. i.
diſcordias. ⁊ de eis dicit. Qui talia agunt re-
gnum dei nō ꝯſequet̄. ¶ Scd̄o ꝑ accn̄s ⁊ ſine
intētiōe ſꝫ cū errore ꝑiculoſo vel ꝑtinaci in-
heſione. vt cū agit̄ aliq̄d q̄d ſatis clare appa
ret eſſe ad honorē dei. vel bonū cōe. vel p̄ua-
te ꝑſone. ⁊ maiori pti ⁊ ſapientiori q̄ in facto
requirūt̄ videt̄ tali modo fiendum: ⁊ aliquis
diſſentit ab eis et non cōcordat quia ſibi nō
videt̄ hoc bonū vel ita bonū. et hoc nō ē ſn̄
pcc̄o veniali ſaltim. vel etiā mortali ſm̄ ma-
teriā ī q̄ diſcordat. q̄ꝛ nimis d̄ ſuo ſēſu p̄ſuit.

ꝯ illud puer. iij. Ne inni taris prudētie tue. Et
illō. ij Cori. vl. Idē ſapite. pacē habete. Hec⁹
aūt ſi illud ī q̄ cōuenirēt oēs alij eſſꝫ maīfeſte
ꝯ deū vel ꝓximū. qꝛ tūc diſſentire ab alijs et
nō ꝯcordare laudabile ē. ſm̄ illud Exodi. xx
iij. Nō ſeq̄ris turbā ī malū. Nec ille ꝓprie di⸗
ſcordat ab eis: ſed ipi ab eo. Tercio mō cō⸗
tingit diſcordia int̄ duos vel plures ſn̄ pcc̄o
vtriuſqꝫ. ⁊ hoc qꝛ eſt de eo qđ nō eſt maīfeſte
bonū. ⁊ qꝛ vterqꝫ intēdit bonū honoris dei vl̄
ꝓximi vtilitatē. ſꝫ vni videt̄ vno modo agen
duꝫ aliq̄d qđ tractat̄. alteri aliud ꝯrio mō. ⁊
rōnes ꝓbabiles ſūt ꝓ vtraqꝫ pte. ⁊ plēs etiāꝫ
⁊ ſapientes ꝓ vtēqꝫ pte. vel inter duos magne
auctoritatis ⁊ ꝓbitatis. Et ſic etiāꝫ ī ſctīs vi⸗
ris inueit̄ aliq̄n diſcordia. Unde et Act. xv.
Facta ē diſſenſio īter Paulū et Barnabā. i.
diſcordia. ⁊ hoc circa factū Johīs q̄ ⁊ Marc⁹
dicebat̄ diſcipuli eoꝝ. Nā qꝛ receſſerat ab eiſ
vt pnīces viſitaret. Paul⁹ ipm̄ reuerſū nole⸗
bat ampli⁹ hr̄e ī ſocietatē duct⁹ zelo iuſticie.
Barnabas volebat recipe mot⁹ inſtictu mi⸗
ſericordie. ⁊ ſic diſceſſert̄ abiuicē. Fuit etiāꝫ
hoc ex diuīa ꝓuidētia ordīatū ꝓpt̄ vtilitatē
īde ꝯſequētē. vt ſic diuiſi plībꝫ fructificarēt.

## De ſeditione. nota .§. j.

ꝙ ipa ſeditō diſcordia īportat nō quācūqꝫ ſꝫ
īter ptes alicui⁹ multitudīs. Uñ Iſido. dic̄ in
li. ethimologiaꝝ. ꝙ ſeditioſus ē q̄ diſſenſiōes
aīoꝝ facit. ⁊ diſcordias gignit. Cōueīt aūt ſm̄
Tho. ſc̄da ſcđe. q. xlij. ar. j. ī aliq̄ cū ſciſmate.
rixa. ⁊ bello. ⁊ ī aliq̄ differt. Cōueīt ī hoc. qꝛ
īportat q̄ndāꝫ ꝯdictōēꝫ ſic̄ illa. Differt aūt a
ſciſmate qꝛ ſciſma oppoīt̄ vnitati ſp̄ūali. ſ.
multitudinis eccl'iaſtice. Seditio aūt vnita⸗
ti tpali ſeu ſeculari. ſ. multitudīs ciuitatis.
Differt aūt a bello et rixa. qꝛ bellū ꝓpe ē ꝯ ex⸗
traneos hoſtes q̄ſi multitudinis ad multitu⸗
dinē. Rixa aūt vni⁹ ad vnū. vel paucorum ad
paucos. Sꝫ ſeditō ꝓpe eſt int̄ ptes vni⁹ mul⸗
titudīs īter ſe diſſētiētes. puta cū vna ps ci⸗
uitatis excitat̄ ī tumultū ꝯ aliā. Sc̄do etiā
bellū ⁊ rixa ī hoc differt̄ ab ea qꝛ bellū ⁊ rixa
īportāt īpugnatōꝫ ī actu. ſꝫ ſeditō dici pt̄ ſi⸗
ue ſit hmōi īpugnatō ī actu ſiue fiat etiāꝫ ꝑ⸗
patio ad īpugnatōꝫ hmōi. Uñ glo. dic̄. ij Co⸗
rinth. xij. Seditōes ſūt tumult⁹ ad pugnā. ſ.
aliq̄ ſe ꝑparāt ⁊ īceptāt pugnare. Hoc aūt agē
eſt pcc̄m. Uñ apl's nūerat ſeditōes inter alia
pcc̄a. ad Gal'. v. Et ē ſp̄ale pcc̄m. qꝛ hr̄ ſp̄ale
bonū cui oppoīt̄. ſ. vnitatē ⁊ pacē multitudi
nis. Eſt aūt mortale ex genē ſuo. Uñ apl's cō⸗
nūerat ipāꝫ īter mortalia. Ratio hui⁹ eſt ſm̄
Tho. ſc̄da ſcđe. q. xlij. art. ij. qꝛ ſeditō oppoīt̄
vnitati multitudīs. i. ꝓpli ciuitatiſ vl̄ regni.
Dic̄ Aug. xxj. de ci. dei. ꝙ ꝓpl'm determinant
ſapiētes nō oēꝫ cetū multitudīs: ſꝫ cetū iuriſ
ꝯſenſu ⁊ vtilitatis cōis ſociatū. vñ maīfeſtū
ē vnitatē cui oppoīt̄ ſeditō eē vnitatē iuris ⁊
cōis vtilitatis. Ex q̄ patet ꝙ oppoīt̄ ſeditio
iuſticie ⁊ bono cōi. et iō ex genere ſuo ē mor
tale. et tanto graui⁹ q̄nto bonū cōe qđ impu⸗
gnat̄ ꝑ ſeditōꝫ eſt maiuſꝙ bonū ꝑuatum qđ
impugnat̄ ꝑ rixā. Et pcc̄m hmōi ꝑmo q̄dem
ī his q̄ ꝓcurāt ſeditōēꝫ q̄ grauiſſime peccāt.
ſicut fecit Siba fili⁹ Bocri q̄ clamās coram
oī ꝓpl'o iſrl'. Non eſt tibi ps ī Dauid ⁊c̄. fecit
ſeditionē faciēs tribꝫ iſrl' recedere a regimīe
Dauid. Sꝫ Joab ꝓcedēs ꝯt̄ eū fecit eū deca⸗
pitare. vt habet̄. ij Reg. xx. Talis fuit Bar⸗
rabas latro q̄ ī ſeditōe fecit homicidiū. Mr̄.
xxvj. Sc̄do ī eis q̄ ſequūt̄ eos perturbantes
bonuꝫ cōe. Sicut illa multitudo q̄ ſecuta eſt
Abſalonem ī ꝯiuratōne ꝯt̄ patrē ſuū Dauid
⁊ ſuos adherentes ⁊ ſeq̄ces. Sed puniti ſunt
q̄n ex peſte mortui ſūt ſeptuagintamilia vi⸗
roꝝ de illo ꝓpl'o Dauid nūerare faciēte ꝓpl'm.
ij Reg. xxiiij. Non enī ſolū ꝓpter pcc̄m dđ. ſꝫ
etiā ꝓpter ꝯiuratiōēꝫ ꝓpl'i ꝑdictā occiſi ſunt.
ſm̄ Tho. Illi vero q̄ bonū cōe defendunt eis
reſiſtentes nō ſūt dicendi ſeditioſi. ſicut nec
illi q̄ defendūt ſe cuꝫ inuadūt̄ ab alijs dicēdi
ſūt rixoſi. Itēꝫ regimen tyrānicū cū non ſit
iuſtū. quia nō ordinat̄ ad bonum cōmūe ſed
ad bonū priuatū regentis. vt dꝫ ī. iij. polit.
iō ꝑturbatio huiuſmōi regimīs nō hr̄ ratōēꝫ
ſeditionis niſi forte q̄n ſic ꝑturbat̄ inordīa⸗
te tyrāni regimē ꝙ multitudo ſubiecta mai⁹
detrimētū patitur ex ꝑturbatōe ſequēti ꝙ̄ ex
tyrāni regimīe. Magis aūt tyrannus ſeditio⸗
ſus eſt ī ꝓpl'o ſibi ſubdito ſeditōes ⁊ diſcordi⸗
as nutrit vt diutius dñari poſſit. vñ Joiada
ſūm⁹ ſacerdos q̄ cū multitudine armata ab⸗
ſtulit regnū iuda ab Athalia qđ ſibi iniuſte
vſurpauerat. nō fuit ſeditōſus: ſꝫ virtuoſus.
iiij Reg. xj. Silr̄ Aioth Barach ⁊ Gedeō au
ferentes dñia ab oppreſſoribꝫ ſuis vt in libro
Judicū patet.

## De diſcordia et ſediti⸗ .§. ij.

one q̄ ptinent ad ptialitates ciuitatum ⁊ ca
ſtroꝝ pt̄ exponi illud ps. liiij. Uidi iniquita⸗
tem ⁊ ꝯtradictōēꝫ ī ciuitate. tota die circūda
bat eā ſup muros eius iniq̄tas: ⁊ labor ī me
dio ei⁹ ⁊ iniuſticia. Ubi tria q̄ videtur quoti⸗
die ī ciuitate aīe ſiue eccl'ie ſiue ꝯgregatio⸗
nis politice.

¶ Prio malū ſimpliciter execrādū. ibi. Uidi
iniq̄tatem ⁊ ꝯtradictōēꝫ ī ciuitate.

Sc̄do pcc̄m inde multiplicit̄ ꝓpagādum. ibi
tota die circūdabat eā ſup muroſ e⁹ iniq̄tas.

Tercio damnū horribiliter expectandū. ibi.
labor in medio eius ⁊ iniuſticia.

## Primo igitur notādū .§. iij.

eſt malū totaliter execradum ⁊ euitandū. ſ.
malum diſſenſiōis quam vocat ps. ꝯt̄dictōēꝫ
dicens. Uidi iniq̄tatem. ſ. ꝑ exceſſū ⁊ ꝓ id eſt
ꝯtradictōēꝫ. q. d. iniq̄tas exceſſiua ī ciuitate

830 eſt ꝯtradictio ⁊ diuiſio. Sed om̄e regnū ī ſe
ipſū diuiſū deſolabit̄ ait xp̄c Lu. xj. Eſt autē
triplex ꝯtradictio vel diuiſio.
Prīa diſſenſiōis internalis.
